
300
C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

KW300
C50

ADRIANI DE NISPEN

EUCHARISTICON,

AD

Nobiliſs: Ampliſs: Prudentiſs: Conſultiſsimoſq́;

Viros

DD. PROCERES ET CURATORES
REIPUBLICÆ ET SCHOLÆ
DURDRACENÆ.

Habitum in Auditorio Publico Gymnaſii Litteratorii.



DURDRECHTI,

Excudebat HENRICUS ESSÆUS.
cIↄ Iↄ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

FELICITATI
GYMNASII LITTERATORII.
AUCTORITATE
NOBILISSIMI AC MAGNIFICI VIRI
D. CORN. DE BEVEREN,
EQUITIS, STREVELSHOUCKII, ET WEST-YSELMONDÆ DYNASTÆ, HOLLANDIÆ AUSTRALIS SENATORIS ET QUÆSTORIS GENERALIS, NOMINE NOBILISS. DD. PROCERUM GENERALIUM AD SERENISSIMOS ANGLIÆ, ET DANIÆ REGES LEGATI, ET INTER ORDINES EORUM DELEGATI, NUNC ANTIQUISSIMÆ REIPUBLICÆ DURDRACENÆ QUINTUM CONSULIS

DUCTU

AMPLISSIMORUM, ET PRUDENTISS. DD. SCHOLARCHARUM, EJUSDEM CIVITATIS.

Reſpondente

A. de Nispen.

LEGATE, Conſul, grande Belgii decus,
Cuſtos Lycæi, cujus infandum jubar.
Perrumpit altas Civium noſtrûm faces.
Tentare magnum Spiritus noſter nequit.
Cunæa tractat igneus mentis vigor,
Exurgit Infans, cujus immenſus labor
Auguſta monſtrat; adſta Protector, fave.
Magni parentis magna proles BEVERI
Creſcat ſupremis laudibus, Conſtans ſibi.

J. v. Someren. I. Ctus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

In Eundem.

SIc decet Batavas adire Athenas,
Lauru tempora cinctum Apollinari,
Te Niſpene. Canis gravi Camœnâ,
Urbis lumina, patriæquæ, PATRES:
Quos vitæ decor, & beata virtus.
Et ſplendor generis coæquat aſtris.
Hanc quam non humeri ferant virorum;
Molem, fers tenerâ nitens juventâ.
Mores, ingenium, tenorque vitæ,
Uno plus ſatis hoc probantur actu.
Hæc quæ de BEVERO pridem canebam,
Mitto carmina paucula, & tenebris
Digna, indigna viro cui canebam.
Ampullas alii, crepentque faſtus;
Littus noſtra legit Thalia: ſæpe
Cœſis centum ovibus, bubuſque opimis,
Summo thura placent Jovi, merumque.

In Quintum Conſulatum
Illuſtriſsimi & Nobiliſsimi Viri
D. CORNELII de BEVEREN,
Equitis, Toparchæ in Strevelſ-houck, &c.
XII. Cal. Aprilis initum.

QUæ BEVERO obtulerat toties jam Curia faſces
Nunc iterum, & populus publica vota facit:
Hunc poſcitque ſibi. Plus eſt quam prima vocari
O patria urbs; talem te genuiſſe virum,
Qui genus, & celſis æquat virtutibus ortum:
Nec ſibi, ſed nobis vivere dulce putat.
Ut vigilet pro te, primos demiſit honores,
Mœniaque hæc ſummis prætulit Ordinibus.
Gaudete ô Cives, poſt bella, domique, foraſque,
Pax vos ſub tanto Conſule firma manet.

I. D. JONGE. M. D.

CARMEN GRATULATORIUM.

CArmine laurigeris grates perſolvere dignas
Mens congeſta jubet. Dulces Helicona colentes,
Caſtalidiſque focos, celebriſque Aganippidos Orbem,
Quas pater Altitonans cœli dignatus honore,
Extulit & ſuperi ſtellantem Regis in aulam:
Inſignis nunc veſtra meam ſententia mentem
Impleat, ut totum ſpirent mea carmina vatem.
Tuque ô, Cui Tenedos, Pataræaque regia ſervit,
Vocis & oraclô Delphis moderatus habenas,
Reſponſis Deli magnum celebrare per orbem;
Da mentem, atque animum, tua ne me oracula fallant,
Numine ſed timidis affer ſolatia rebus,
Quem ſocium ſtudeo ſcribundis verſibus eſſe,
Quos mihi nunc gratæ mentis præcordia tali
Cantandos dictâre viro, quem numina Cœli
Omnibus ornatum voluere excellere rebus;
Quo magis altiſonum verbis da Dive leporem:
Effice, ut interea graviora negotia ponat,
Nec pigeat verbis animos advertere noſtris
Semotis curis aliis. Tu virginis Argæ,
Qui decoras Patriam ſummis virtutibus urbem,
Et maris, & terræ fines, ceu fulmine, luſtras,
Excipe pacato, Conſul clariſsime, vultu
Indefeſſa tuis quæ tibia laudibus effert;

Sol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Solvens corda metu , timidam tu dirige navem;
Et noſtros facilis non dedignate labores,
Annue ſpargenti totum tua facta per orbem.
Principis arma canant alii , ſtrepituſque tubarum,
Quòdque pedem victor ſummâ cum laude reflexit,
Quadrijugis invectus equis , bellator ab hoſte:
Quòd nec Alexandri gladios , nec Cæſaris enſes,
Nec veteris Cyri poſsis conferre triumphos
Armiſoni facibus, Cujus mens ardua ſemper
A puero, teneriſque etiam fulgebat in annis
Fortunæ majoris honos, neve hæret in ullis
Principiis, faſtis faciens jam digna futuris:
Quòd nunc conſpicuus puer, & venerabilis ibat,
Spondebatque Ducem fulgor præclarus in ore:
Quod flagrans ſtudio belli, ſæva arma capeſſens
Prœlia moturus, ſtravit terroribus hoſtes.
Nos gratas retuliſſe vices cupiamus, ut illos
Carmine condigno ad Cœlos tollamus & aſtra,
Quorum larga fuit nobis ditiſsima vena,
Quæque per immenſi ſpatium notiſsima Mundi,
Quâ Phœbi radiis, Aurorâ Lucifer ortâ
Humentes terris primus dimoverat umbras:
Quâque ferox Parthus, Schytiæ glacialis in oris
Bella gerens, hirſuta tegit ſua corpora pelle:
Et qua ſtelligero Titan deſcendit Olympo,
Extremi properans contingere fluminis undas.
Cùm primum nox atra, cava quæ tecta ſub umbra
Dejicit humanos noſtro de pectore ſenſus,
Sydereo ſplendente polo radiiſque micante
Phoebeis, terræ fines mundumque reliquit,
Purpureas aurora roſas diffundit amoenis
Littoribus, nautiſque procul venientibus offert:
In ſylvis ubi Daphnis agens, quem armenta ſequuntur
A ter-

A tergo, & longum per valles paſcitur agmen,
Quam calami ſonitu nemora inter frondea turbam
Ducit, & in pingui camporum gramine paſcit:
Frondiferi tecti reſidens viridante ſub umbrâ,
Cujus in aſpectu ſcopulis pendentibus antrum
Perpetuas per fontis aquas involvitur undis:
Cujus & à tergo, vivente ſedilia ſaxo,
Nympharumque domus roſeum ſpargebat odorem:
Cum tacito mecum volvebam pectore curas,
A dextrâ aſsiſtit mortali major imago,
Inceſſu veneranda ſuo, lætique pudoris,
Celſa humeros, niveæ fulgebant flamine pallæ,
Ambroſias diffuſa comas, ſplendebat in auro,
Sive Deam Cœli, ſeu credas corpore Nympham:
Obſtupui, cupidoque loqui, vox faucibus hæſit;
Incipit ergò prior cœlo delapſa virago,
Conceptum cupiens animo lenire dolorem,
Atque metus pavidos, talique eſt ore locuta:
Ne metuas, juvenis, mundi ſervire ſaluti
Sueta domos ſuperas, & culmina ſumma Deorum
Ecce colens, cœlo ſummo veſtigia figo:
Illa ego, quæ docui mentes ſuaviſsima veſtras,
Vt gratas retuliſſe vices ſtudeatis, & illis
Efficere, ut nunquàm pigeat dare dona petenti,
Sum Regina poli, fulvo pretioſior auro,
Quod Batavis oriente ſatum ditiſsima fundit
Terra, antiqua, potens gemmis, & montibus altis,
India, Pectoribus irritamenta malorum.
Me Divi generis ſeries, notiſsimus orbi
Iehova armipotens, Mundi melioris origo,
Qui Coelum, curſumque poli, Qui condidit orbem,
Commendat, numenque meum clariſsimus ornat:
Nam nullus Mundo dederat cum lumina Titan,

Nec

Nec jam ſtelligero radiabat Sydus Olympo,
Nec quicquam, niſi pondus iners, natura regebat,
Principiò rerum, ne non æqualis ab omni
Parte foret Mundus, ſpeciem fabricavit in orbis,
Nunc tenebras, qui cuncta videt, dimoverat aër;
Addidit atque feras, & cuncta animalia Mundo
Ille pater rerum, Tum qui dominatur in illas
Natus homo eſt, magni coleret qui Numina Cœli:
Tum pater armipotens, hominum ſator, atque Deorum
Vultu, quo ventos, tempeſtateſque ſerenat,
Me Mundo dederat: Sed quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco, meritis expendito cauſam,
Poſtea, chare mihi, coeli mea numina crede.
Ecce ego Divini pandens his limina Cœli,
Tollebam magni radiantem Regis in orbem:
Iſthic felices, & opis nullius egentem
Fortunam dederam, quam nunquam Ianua Ditis,
Nec ſtygiæ poterunt unquam foedare tenebræ.
Ecce honor, & laudes ſemper comitantur euntem,
Me niveis circum volitat mea gloria pennis,
Et Iehova Pater decorat mea numina ſerto.
Illa fides homini, & meritò tutiſsima virtus,
Quæque & amicitias longò poſt tempore firmat,
Reſpuere offenſas facilis, pariterque minoris
Officii, magnique memor, nec vincula noxis
Diſſolvi patitur, nec faſtidire priorem
Allicitur veniente novo; Mihi numina debet
Clara ſui: Mundus ſic felix numine noſtro
Florebit, titubante fide, quæ numina proſunt?
Ipſa ergò virtus mihimet pulcherrima merces,
Ipſa mihi pretiùm condignum, ſola per Orbem
Fortunæ ſecura manens, non faſcibus ullis
Erigor, aut plauſu cupio clareſcere vulgi,

Nil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Nil opis externæ cupiens, nihil indiga laudis,
Divitiis animoſa meis, immotaque cunctis
Caſibus, ex altâ mortalia deſpicio arce.
Me ſequitor Phario claram celebrare canopo,
Me teneas, nodiſque liges, perſolvito grates
Illis, qui meritis epulis accumbere Divûm
Sunt digni, Officii non immemor eſto minoris.
Munera mox referes, ſpoliiſque per ardua tendes,
Et mundi firmabis iter, vitamque quietam:
Ipſa tibi viridi nectam de fronde coronam.
Notatas vitio ingrati vitato tabernas,
Ne deformatam vitiet virtutis alumnam.
Degener à Iovæ clementi numine, traxit
Hic generis ſeriem Stygiis fœdatus ab undis,
Monſtrum horrendum, informe, cui rubigine dentes
Livebant, cujus lingua eſt ſuffuſa veneno,
Membraque Circæis quod decoquit acrius herbis,
Nec ſinit egregias donantis creſcere laudes,
Quodque hominum inſignes hebetat caligine ſenſus,
Invidiæ nocitura homines ſublime colentes
Numina, productum dias in luminis oras
Ingratum peperere: pater ſed notus in orbe
Plenus ſævitiæ, lucrique cupidine fervens,
Quem Tarteſſiacis nunquam ſatiaret arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli, argenti qui raptus amore
Duram ſollicitis vitam conſumpſerat annis,
A quo prima mali labes, quo tempora ſæva,
Ingratum genuit natum, nutrivit & illum
In regno, cujus fines non ſole micante
Luſtrantur, quæ ſunt non ulli pervia vento,
Sed madido ſquallore jacent loca tempore in omni.
Sic cædes hominum generi, vultuſque cruentos

Lar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Largitur, gladioſque negat latuiſſe vaginis,
Impatiens fidæ commercia creſcere vitæ.
Attica, Laurigeræ quam tollunt prœmia frontis,
Sic malè Socratem cædit, mortique litavit,
Qui quondam juvenes docuit, Qui Palladis arces,
Stelligerique poli culmen ſuperaverat illis
Luminibus, queis curva poteſt dignoſcere rectis.
Dixerat, atque ſilens roſeum ſpargebat odorem
Expediens hominum rebus pulcherrima virgo,
Sydereum quà currit iter dilecta virago,
Et quam Coelicolæ magni fecere penates.
Poſtquam jam fugiens cæleſti eſt reddita ſedi,
Quæ docuit virtus animos ſuaviſsima noſtros;
Ecce ſalutiferis nunquam parere recuſans
Præceptis, animos gratos retuliſſe laboro, &
Conſulis urget amor, quoniam mortalibus exquo
Tellus cæpta coli, nunquam ſincera bonorum
Sors ulli conceſſa viro, quem vultus honeſtat,
Dedecorant mores, bellis inſignior ille,
Sed pacem foedat vitiis, ſic ſingula quemque
Nobilitant, hunc forma decens, ſolertia juris:
In Te miſta fluunt, & quæ diviſa beatos
Efficiunt, collecta tenes, Clariſsime Mundi,
Reſtituis nobis, Conſul, celebrate, triumphos,
Manſuroque adamante ligas, Non invida fata
Rumpere jucundæ poſſunt data ſæcula vitæ.
Tu lapſura diu, jam jam titubantia regna
Confirmas, Tu das pennis incumbere famæ.
Tu regere imperio populos es doctus, & idem
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos,
Te docuit magni cuſtos Clementia Mundi,
Quæ Iovis incoluit Zonam, quæ temperat orbem,
Vt ſævis hominum poenis, vel ſanguine paſci,

Tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Turpe, ferumque putes, ut ferrum Marte cruentum
Sic cum pace premas, ut non inſenſus alendis
Materiam præſtes odiis, quæ bella per orbem,
Quæque cruentatos vultus, quæ ſanguine ſævo
Fœdatas urbes vexant, atque oppida vertunt.
Tu conceptam animo deponis & ocyus iram,
Quæ jaculum, quodcunque gerit dementia, mittit,
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnere ſævit,
Quâ ora tument irâ, nigreſcunt ſanguine venæ,
Gorgoneoque micant quâ lumina ſævius angue.
Inſontum precibus nunquam implacabilis obſtas.
Das veniam victis, virtute hortante calores
Horrificos, & quæ nunquam nocitura timentur
Iurgia, contentus ſolo terrore coërces:
Obvia proſternis, proſtrataque more leonum
Deſpicis, adverſas res, exortaſque procellas
Perfers, adverſis rerum immerſabilis undis.
Vtque ferox hoſtis ſævit crepitantibus armis
Prælia moturus, ferro vincitque jacentes
Egregias animas, meritis ſic vincis amicos.
Virtutis germana Fides, Regina Deorum
Corde tuo delubra tenens, ſeſe omnibus actis
Inſerit: hæc docuit nunquam promiſſa morari,
Nunquam falſa loqui, nullo liveſcere fuco,
Sed certum, mentique parem componere vultum;
Occultò ſævire vetat, prodeſſe remittit.
Te rectore urbis ſentimus creſcere laudes,
Quam placidâ ſummus Conſul ratione gubernas.
Eſt benè ſignatum cognato nomine tempus,
Eſt conſanguineis felix auctoribus annus,
Atque ſalute tuâ ſtabilis Reſpublica creſcet.
In freta dum fluvii currunt, dum volvitur axis,
Aut Ararim Gallus bibet, aut Germania Rhenum,

Sem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Semper honos, nomenq; tuum, laudeſque manebunt,
Longaque perpetui ducent te in ſæcula faſti.
Quas grates vobis potero perſolvere, quorum
Attenuant corpus vigiles inſomne labores,
Quaſque vices dignas? Etenim ſi carmen in unum
Tantarum ſperem cumulos advolvere rerum,
Promptius imponam glaciali Pelion Oſſæ:
Si partem tacuiſſe volo, quodcunque relinquo
Majus erit, quam quod poſsint perſolvere grates.
Iehova armipotens, Mundo qui oracula fundit,
Et Cœlum, tractus que maris, Cœlique meatus
Novit, & inſpectis ambit latus omne Miniſtris,
Vtile Quique homini cernit, novitque, quid Arctos,
Quid Boreas hybernus agat, ferrique, togæque
Ius habet, Ille dedit noſtro quod profuit Orbi:
Hic vos conſtituit, lumenque hoc orbe relictum
Vos voluit tenebris, ut cuſtodire ſalutem
Poſsitis, fineſque homines docuiſſe bonorum.
Parentes ergò juſsis, & munere functi
Mandato, vos Muſarum, quas laurea ſerta
Secernunt populo plebejo, culmina ſumma,
Exſtruitis, quorum pretioſo Thure Sabæo,
Et flammâ rutilante calent altaria nunquam,
Aſt iter ingeniis clarum monſtratur ad aſtra.
Vos animis Muſæ cupidis poſuiſtis & illos,
Qui inſtituant teneram verâ pietate juventam,
Quæ meritò eſt homini longè tutiſsima virtus,
Nil cupiens Mauri jaculum, pharetraſque repletas,
Sive iter inſtituat regnis, quæ lambit Hydaſpes,
Nec metuet tabulas, navemque, aut arma per undas
Naufragus, hoc reputans mors ultima linea rerum eſt
Vanarum, meliora ſequens ego morte recedo.
Quique docent animo forti contemnere Mundum,
For-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Fortunæque Deæ ludibria mente ſerenâ
Ferre, nec adverſis fractos ſuccumbere rebus.
Quos etiam ſummis extolli laudibus & mens,
Atque animus cogunt, dum ſpiritus hos regit artus.
Et quoniam nemo virtutem amplectitur ipſam,
Egregiamque animam dignis addicere rebus
Optabit, nudæve ſequi virtutis amorem,
Prœmia ſi tollas, irritamenta bonorum
Ponitis, & calcar, noſtro quod ſervit honori.
Queis opus egiſtis, quod non injuria longi
Temporis, aut ferrum, poteritve abolere vetuſtas.
Non Stygias unquam ferri patietur ad undas
Nomina veſtra Deus, ſpatium cum finiet ævi
Incerti, famæ ſuperabitis æthera pennis.
Conſortes ſtudiorum, animo chariſsima noſtro
Pignora, Qui ſtudiis ornaſtis pectus honeſtis,
Hæc Regina poli, pretioſo dignior auro,
Et gemmis oriente ſatis, quæ ſydera Cœli
Pandit, & ad Iovam cultores tollit amicos,
Hortetur, libeat memori de pectore grates
Promere, & officiis donum retuliſſe benignis.
Ipſa ſibi pretium virtus pulcherrima fundet,
Curans egregias gratorum creſcere laudes.
Victrix fortunæ veſtras ſapientia mentes
Impleat, ut durum valeatis vincere fatum,
Fortunæ pejora pati, ſuperare labores;
Sed quantum humani poſſunt ſe tendere greſſus,
Accelerate, viri, poſt hæc ſapientia felix,
Paulatim vitia, atque errores exuet omnes:
Sed quoniam duro nunquam niſi victa labore
Venditur, huc animos ſtudio fallente labores,
Dum juvenile decus, dum mens, ſenſuſque manebit,
Vertite, nam rapidum currit mortalibus ævum,

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Nec naſci bis poſſe datur, fugit hora, rapitque
Tartareus torrens vitæ optatiſsima noſtræ.
Sed virtutis honos, quæſitaque gloria multis,
Impellat Iovâ vos dignam fingere mentem,
Ardua prima via eſt, ſaxoſis undique præceps
Rupibus, aſt requiem præbens in vertice ſummo:
Vincite difficiles aditus, virtutis amore
Ardentes, vacui ſic vos ſpoliator Averni,
Vultu, quo cœlum, tempeſtateſque ſerenat,
Poſt exantlatos vitæque, obituſque labores,
Ablutos labe excipiet, lætoſque reponet
Sydereos inter proceres, ſanctumque ſenatum
Incorruptibili nectens de fronde coronam.

CECINI.

Ad *Adrianum de Niſpen*.

GRæcia Conſiliis Sapientum clara; vetuſq;
Roma, Patrem Patriæ, Ciceronem libera dicat.
Durdrechtum, *Beverene* tuo, *VVittiq;* ſuperbum
Conſilio, Graios ridet, Romæq; Triumphos.
Tuq; *Barendrechti*, Tu *Svvyndrechtiq; Toparcha*
Jacobus quantis patriam virtutibus ornas!
Ruyſchius in Beveris & clarâ *Prole* beatus.
Berckius & *Corput* Civilia Numina. *Dammert*,
Et *Somerus*, *Overſtegiuſq;*, *Hooghvenius*, & *Quos*
Patria per Batavas mirabitur ardua ſtirpes.
Pylius inſigni Beverorum ſtemmate clarus.
Ecce Equitis Gnatum *Naalden-viciq; Toparcham*,
Honardum, *Dominum Slingland*, *Dominumq; Niemantſ-vriend*,
Ambos VVittenos, *Repelardum*, *Bordeliumq;*
O divas Animas! quarum virtutibus ingens
Gloria Durdrechti, totum celebrata per orbem
Cæſareis ſemper Titulis digniſſuma vivet.
Incipe parve puer condigno Carmine Tantos
Condecorare viros, ut cum creſcentibus annis,
Creſcat in immenſum tua Gloria Conſule BEVRE.

Fortiter.

Ad Eundem.

MAntua VIRGILIUM, Magnum fert Argus HOMERUM
Laudibus, atq; ſuos jactat pia Roma Poëtas.
CONSTANTINUS EQUES, Quem Magni Principis alta
Nobilitas decoravit amans; Quem, Divus Apollo
Inter mirandæ, dignum, miracula terræ,
Connumerare jubet: Cujus ſuperante Thalia,
Haga celebratas inter caput extulit urbes,
Quantum nigra valent inter vaccinia Cedri;
Muſarum Deus eſt, Zulechemyq; Toparcha.
Amſtela BARLÆO excellens, HOOFTIq; Poëſi:
Magnorum gens cura Deûm, Cui Diva Minerva,
Et conjuratæ veniunt ad Carmina pennæ.
Leida Θεανθρώπου ſcriptore perambulat omnes
Terrarum fines, ſequitur Quem FILIUS acris.
Nec piget ingentem, quondam Quem vidit, JANUM,
Cernere in excelſis poſitum, ſcriptumq; Theatris.
NAALDWIIC cum Patribus Durdrechtum verſibus æquat
Urbibus antiquis Latii: Sed Muſa canentis,
Iuſſit honoratos inter conſcribere faſtos,
WITTENI Doctoris opus, Qui divite venâ
Porrigit æternis ſua Carmina ſcripta tabellis.
PANDELAAR in Medicis, & Apollinis artibus ingens,
Ingenti fervore canit, Quem Berckius, inſtar
Luciferi, radiis ad amæna negotia ducet,
Et Mæcenatis, patrio fulgore beabit.
LYDIUS in Sacris doctiſſimus, Arte Batavâ,
Antiquos æquat pollentes Carmine Graios.
Arduus inſolitam SOMEREN Juriſta, ſuperbo
Carmine materiam tractat; patrioq; lepore,
Phœbæis in vectus equis petit aſtra polumq;
Inter Juſtitiam, & jus CARPENTARIUS ardens
Excoquit egregios, vero me judice, verſus;
Doctrinæ gravioris opus: cui candida nuper
Fulſit in Obſequium virgo, thalamiq; miniſtra.
JUNIUS in patriâ Medicus, fœlixq; poëta
Tentat in extremos Phœbæis artibus hortos
Ire, vel arcanum multis ſudoribus antrum.
Sed quid OVERSTEGIO eondignum reddet in undis
Nata Venus: Dominas cecinit Qui carmine claras,

Dur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Durdrechti Quas Virgo tenet, majora daturus
Si monitis animi graviora negotia ponat.
Ecce COLYBRANDUM, cujus Divina poëſis
Indicat illuſtri quondam de ſtirpe creatum.
REGNARDUM memorare libet, Qui in vertice Pindi
Ambulat, & multos ſuperat virtute poëtas.
PERFUGIUM DIVI, permagni Principis arma
Carmine Battavico celebrat, mortemque tremendam.
BRACHTIUS in Patriæ laudes, Patrioſque triumphos
Scripſit Apollineis digniſſima carmina metris.
HOOGHSTRATENUS amat verſus, vivoſque colores
Corporibus reddens, tentat ſuperare Magiſtrum.
BALEN in excelſis Bevrevici Laudibus omnes
Detinet, & fontem bibit, exhauritque Caballi.
Prædictos, NISPENE, duces ſectare, nec unquam
Spernito nocturnâ ſæpè invigilaſſe lucernâ.
Sic te vera colet Pallas, ſic candidus Orbem
Luſtrabis Titan vel claro Lucifer ortu.
Seu pacem verſu cantes, ſeu bella cruenta.
Seu nuptæ trepidabit amans pudor, atque juventa,
Conjugiumque canas condignâ cunjuge felix:
Sic te Diva potens Cypri, ſic maxima Juno,
Muſarumque pater Phœbus, Muſæque benignæ.
Ducent in fontes ſacros; Heliconis & antra,
Parnaſſique aditus, & ſumma cacumina pandent.
Dignaq; pars vatum terræ Batavûmq; Poëtæ
Maxima Virtutis dicent encomia tantæ.

N. V. A.

In Eundem.

GRandior ô, animo quam corpore creſcis honore
Plus quam fert ætas primula, parve puer.
Seu pugnare libet verſu, ſeu voce ſolutâ;
In veſtras veniunt prœmia digna manus.
Felix ingenio pergas, ut, laudibus olim
Stemmatis, illuſtres, nomina magna, tui.

C. AB OVERSTEGE.

Ad Eundem.

HErculeis udis magnâ cum laude Palæſtris
Vincere qui cupiunt, inſignirią; coronâ;
Et manibus pedibuſą; ſuis & corpore toto,
Viſceribuſą;, operis ſudant gravitate, profundis
Tantæ molis erat divellere poſſe Triumphum
Lauri: ſed Juvenis gelido ſudore madentes,
Calcibus excitâ fœdatahą; pectora arenâ
Laurifero referet gremio Victoria dulcis.
Sic qui tanto evaſiſti, NISPENE, labore
Prærupti montis ſcandendo per ardua Pindi
Fatidici, veniens præclara ad Culmina divi;
Vadis Apollineis, circum tua tempora Sertis;
Nunc te veſtra Thalia vocans, cum dicere grates
Ingentes mandat noſtris Heroïbus æquas;
Dum ſtudiis præſtas aliis facilią; Minervâ.

CORN: à STAY, à COLYB:

Ad Eundem.

TE, NISPENE, juvat didiciſſe fideliter artes,
Qui recinente Lyrâ carmina grata canis.
Te juvat in primâ, coluiſſe Helicona, Juventâ;
Non te fortis equi ducet ad arma ſonus.
Sed tibi grata magis ſtudiis facunda Minerva,
Caſtrą; Muſarum ſunt tibi grata magis.
Laudibus æquarem Cœlo tua carmina, NISPEN,
Laudibus at nequeo digna referre tuis.
Ingenii monumenta tui, tua gloria vivet
Inclyta; nam Ingenio dulcis es ipſe tuo.

MICH: NICASIUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Aan Adriaan van Niſpen.

DEn Glans van Theben! 't Zoontje van Alkmeen,
Dorſt in zijn wieg twee felle ſlangen worgen;
Maar op-gegroeyt den HYDRA. volg die ſchre'en,
En tré de wijſheyt te bevechten. Morgen

Zal 't Hondert-hoofdigh dier, ſchoon vijftigh Koppen,
Met knodſe ſlagen, heden zijn gevelt,
'T getal, al even yſlijk we'er beſtoppen.
Was 't School dijn wieg? nu treej' in Lernaas velt.

S. V. H.

Sonnet op de ſelve.

HEt purper en het gout, het helder licht gewaedt,
Dat 's morgens 't Aerds-toonneel op-çiert en komt op-proncken,
'T en is de Sonne niet; maer 't zijn Minervaas loncken;
Waer in de jonge Jeught als in den Oegſt op gaet.

Hier wert haer uyt geſchud een ſchoot vol Rooms-çieraet;
En oock een volle korf van nutte Griecksche voncken:
De Vaderen zy danck die ſulcke gaven ſchoncken.
Want het Socratiſch-ſtof is 't Bol-werck van den Staet,

Het is der Volck'ren Schut, den Geeſt der Burgeryen:
Hier wert de Jeught geſpijſt met Pallas leckernyen,
Gedoopt in d'Hengſte-Bron, in Wijſheyt op-gevoedt.
Hoe ſal 't Bataafs Atheen verheugen en verblyen!
Wanneer men ſulcke Maets haer weder op komt wyen,
Die voor 't Gemeene-beſt zijn dienſtigh, nut en goet.

P. à GODEVVYCK.

Op de ſelve.

ONs Dordrecht zat als in Orak'len op-getogen,
Toen gy 't arbeyd'lijk Spoor zoo teer bewand'len dorſt:
En Romens Taal-godin voelt nu er ſwang're borſt,
Door NISPENS aam-getrek, by drupp'len uit geſogen.

Maar 't was om dat Hy ſigh op 't Leer-ſpits ſoud' verhoogen,
Alwaar 't wijſ-gerigh brein noch ſwaarder vrachten torſt:
Maar honigh klopt Hy uit dien wrangen Wijſheyds korſt.
O Leyden! juygh verheught, Hy naardert voor u oogen.

Weet-luſtigh Klaver-Breyn, bedoelt u Ziels-geluk;
Soo blijft in 't jeughdigh hert gedrukt 's Deughts zegel-druk:
Bevlamt nu d'yver-toorts, voor 't ooghmerks glori ruchtigh.

Dan wort den wakk'ren luſt met Lauw'ren-loof bevleght,
En 't ſchakligh Vrunds-vervolgh Gloor-Merkken op gerecht;
En Deughdelijken Roem ſchijnt namaals 't oogh doorluchtigh.

P. V. B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 C 50